



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypevs Theologiæ Thomisticæ

Continens Tractatus de attributis, de visione Beatifica, de scientia Dei, ac
de ejus voluntate, & Providentia

Gonet, Jean-Baptiste

Parisiis, 1669

Art. I. Thomistæ ab Adversariis defensi, & vindicati ab errore Calvini,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77232](#)

ARTICVLVS PRIMVS.

THOMISTÆ AB ADVERSARIIS defensi, & vindicati ab errore Calvini.



K.
Homil.
z. de Paf
chate.

Allidis absque dubio nimirur pri-
vilegiis (inquit S. Eucherius) qui
causam de adversariis afferit in-
strumentum. Speciosa victoria est,
contraria partem certulæ suis,
velut propriis laqueis, irretire, &
testimoniorum suorum vocibus confutare, & annul-
lum telis suis evincere, ut pugnatoris tui argumen-
ta, tuis probentur utilitatibus militare. Hoc unum
ago toto primo articulo, ubi luce meridianâ clari-
toribus testimonii, quæ ex integro, ne quidem
præterita syllabâ, refero; demonstrare egregiam
Adversarii in defendendis Thomistis navalle
operam; & optimè de nostra Schola meritos, a
qua suspicionem omnem erroris & confessionis
cum Calvino & Jansenio longè depulerunt.

Sed cùm inter præcipios, qui in defensionem
Molineæ, & scientiæ cuius se patronum gloriatur,
libri editi sunt, primo loco reponi debet liber
scientiæ mediae defensæ, Tolosæ editus à R. P.
Francisco Annato, ubi & eloquentia, & inge-
nij solertia, & acumen contendunt (nam de ve-
ritate non puto expectare à D. Augustini, & S.
Thome Discipulo laudem) is etiam præcipius
est liber, quod validius hoc argumentum contra
Thomistas urgetur ex confessione & fœdere cum
sententia Calvini, quamvis (inquit) suspensus
judicio, more dubitantium, expeditando solu-
nem.

Idem argumentum cæteri, licet debilitas, intor-
quent, adduntque cum Jansenio confessionem,
quem in eadem cum Calvino versari navi, quem
Calvinum contractum, Calvini discipulum, &
compilatorem dicunt: quamvis etiam aliqui numeri,
ut semper tempus novum aliquid parturit,
dicere cæperint, Jansenium à Calvino remotissi-
mum esse, forsitan ut viam sibi parent ad aliquid
gravius, & quod longo tempore & arte eget, ut
aliquando palam affluerit, solam in Jansenio
gratiam per se efficacem damnatum fuisse. Primo
igitur loco, purgatos à P. Annato Thomistas,
& in tuto positos demonstro, nihilque, eo judice,
Schola nostra cum Calvino & Jansenio esse com-
mune; & iis que libro Tolosæ edito, pro defen-
sione scientiæ mediae, fusè per quadraginta tres
paginas prosequitur, exaliis, quos postea contra
Jansenianos edidit, libris, respondeo.

Disputatione igitur quartâ hujus libri quô
scientiam medianam defendit, obicit Thomista-
rum doctrinam, societate & affinitate cum er-
rore Calvini & rigidiorum Calvinistarum con-
junctam & fœderatam esse nec nisi verbo tenet,
& penes loquendi modum, discrepantem. Utrosque
aut habere in definitionibus Tridentini quad-
deleri cupiant. Tuisum Calvinistam, jure so-
cietatis, Thomistarum patronum accessisse. Nul-
lum Thomistas inter & Calvinum disserim re-
pertum, nec sibi ab extraneis, nec ab ipsis Tho-
mistis oblatum; licet repetitis interpellationibus,
opportuna & importuna voce expostulaverit,
Amesius & Molinæ ita ardenter amplecti-

Tom. I.

A Thomistarum sententiam, de prædefinitione ma-
terialis peccati, ut dices dum questionem banc
tradant, in schola Didaci Alvarez audivisse.
Ilos quos Dominicus Soto audire solitus erat in
scholis, nimur Thomistas, damnatos fuisse in
Tridentino. Modum defendendi libertatem,
quem Amesius accepit ab Alvarez, perinere ad
Calvinismum, & consequenter non esse ad mentem
Tridentini. Denique omnes ingenij nervos in-
tendit, omnem eloquentiæ artem, Rhetorica
tropos & figuræ adhibet, nihilque non movet,
ut accusationem verosimilem faciat. Sed nescio
an gravius an levius accusationem Thomistæ
ferre debeant, cùm eam postea libris, tum Ro-
ma, tum Parisiis editis, diligenter amoliatur.

Cùm igitur aliud ratio temporum postularet,
quod prius scriperat, emendavit in response

ad 17. Epistolam Ludovici Montalcij, paginâ 61.
& 62. *Gratia efficax* (inquit) dupli modo de-
fendi potest, quorum unus hereticus est, hereticis
principiis nixus; alter orthodoxus, sanctis au-
thoritate Conciliorum principiis suffultus. Pri-
mum sequitur *Calvinus*, & ideo hereticus est. Ca-
tholici Doctores, Thomista, Scotista, Sorbonista,
Iesuita, de secundo consentiunt; & propterea, va-
riis licet concertationibus distracti, tamen in ca-
dem & indivisa communione Ecclesia permane-
nti. Ergo ut explores, an Ianzenius defendenda
gratia efficacis professione sit immunitis, illud in-
dagandum, quo pacto illam defendat, tanquam
Calvinus, an tanquam Catholici Doctores?

Calvinus ita gratiam efficacem defendit, ut ab
illa nullam aliam nobis relinquiri libertatem puer-
nisi illam que dicitur à coactione. Ceterum ab ista
gratia necessitatem imponi, quæ potestatem anfe-
rat resistendi, quandiu gratia perseverat. Cat-
holici Doctores inter se consentiunt, gratiam per se
efficacem, ita regere voluntatem, ut vim & po-
tentiam resistendi ei non adimit; ita ut hec duo in-
ter se componantur, gratia in voluntate, & in ea-
dem voluntate sub gratia constituta, sufficiens non
consentendi potestas; nec dubitant quin hic sit ver-
rus Tridentini Concilij sensus in ipsis verbis, po-
test dissentire si velit.

Sed ne quid à me tentatum aut temeratum esse,
in referenda Adversarii sententia, Lector existi-
met, placuit omnino eadem verba, que Gallico
idiomate scripsit, referre.

Il y a deux manières de défendre la grâce effi-
cace par elle-même, l'une qui est herétique, &
appuyée sur des principes herétiques, l'autre qui
est orthodoxe, soutenue par des principes établis
par les Conciles. Calvin suit la première, & en
cela il est herétique. Les Docteurs Catholiques,
Thomistes, Scotistes, Sorbonistes, Iesuites, sont
d'accord de la seconde, & pour cela, nonobstant
leurs disputes particulières, ils demeurent, tous
dans l'unité de la Foy, & dans la Communion de
l'Eglise. Pour savoir donc si la Doctrine de Jan-
senius est à couvert par la profession qu'il fait de
défendre la grâce efficace par elle-même, il faut

T t iii

APOLOGIA THOMISTARVM,

334

scavoir de quelle maniere il la déffend ; si c'est de la maniere de Calvin , ou de celle des Docteurs Catholiques.

Calvin défend tellement la grace efficace par elle même , qu'il croit qu'elle ne laisse autre liberté qu'à la nécessité de contrainte , nous affranchissant au reste à la nécessité d'agir , qui nous offre le pouvoir de résister , tandis que la grace persevere. Les Docteurs Catholiques sont d'accord , que la grace efficace par elle-même , gouverne tellement notre volonté , qu'elle nous laisse le pouvoir de résister , en sorte que ces deux choses se trouvent ensemble , la grace dans la volonté , & dans la même volonté sous la grace efficace , un pouvoir suffisant pour s'empêcher d'y consentir. Et ils ne doutent point que ce ne soit le véritable sens de ces paroles du Concile de Trente , poteat dissentire . Bannez , & Molina , & tous les Docteurs Catholiques , qui ont les sentiments les plus éloignez , & les plus opposez sur le fait de la grace , sont toutefois unis en ce point.

Nihil melius in defensionem Thomistarum adversario dicendum supererat , etsi à Thomistis conductus fuisset , aut in eorum castra pugnaturus transiisset.

Pergit adhuc libro quem Romæ edidit de libertate incoacta , contra Apologistam Jansenij cap. 2. §. 4. ubi hæc haber omnino ad gustum & sensum Thomistarum , eorumque principiis planè consentanea : *Inde processit error Jansenij* (quem dicit eundem esse ac Calvini) *quod putaverit se eodem modo philosophari posse quod Thomista* , *cum tamen diversissima sint eorum principia*. Nam Thomista cum viatrice concupiscentia verbi gratiâ ponunt sufficientem gratiam ad resistendum , nec putant quidquam requiri in altero casu , quod habeat rationem principij & virtutis actionis ; & ideo dicere possunt similitatem esse potentia ad utrumlibet oppositorum immediate ac proximè ; neque unquam sensum compositum & divisum sic explicuerunt , ut dicere voluntatem posse unum in sensu composito , & in sensu diviso , hoc est successivè , atque ex hypothesi quod fiat mutatio in D prærequisitis ad agendum. Nunquam Thomista ita sensum illum compositum & divisum explicuerunt. Et contra Commentatorem cap. 2. §. 1.

Quem invenient Ianseniani inter Thomistas , qui concedat ita necessarium consensum , quem voluntas præbet motio gratiæ , quandiu illa inheret , quomodo necessarius est amor beatificus , quandiu durat visio ? *Quem invenient qui dixerit* , voluntatem divinæ gratiæ prædeterminatam , carere proximâ ad dissentiendum potentiam ? *Quem dabunt qui distinctionem sensus compositi & divisii interpretetur* , ut sensus sit , voluntatem à Deo motam posse dissentire , quando illa motio abierit , & advenierit alia?

Que haec tenus ex P. Annato summâ fide retulimus , universim D. Thomæ doctrinam ab erroribus Calvini sejungunt : nunc ad singulas devetio , quibus controversia omnis conflat , & quas non minori studio & curâ defendit. Nemo est qui D. Thomæ vel Molinæ Scholam è limine salutaverit , qui nesciat præcipue controversiam versari ; an ulla sit in voluntate libertas indifferenția , præter indifferentiam judicij ? Si nulla sit , nullum etiam inter Thomistarum & Hæreticorum , quos Tridentinum damnat , intercedit discrimen. Si secùs , nulla consensio. Scripterat P. Annatus disput. 4. cap. 4. §. 3. num. 111. libri Tolosæ editi pro defensione scientiæ mediae (ubi

libertatis Thomisticæ quibus voluit coloribus & lineamentis tabellam depinxit) hæc duo solùm apud Thomistas reperiisse , quæ ad rationem agentis liberi , & liberae actionis requirunt , nimurum in intellectu indifferentiam judicij , & in voluntate immunitatem à coactione. Postquam (inquit) excusamus omnia ex Adversariorum sententia , nihil aliud inventimus , quam esse Dei prædefinitionem absolutam , efficacem , infallibilem , ex qua sequitur actio voluntatis , seclusa coactione omni ac violentiâ , & supposita cognitionum mediocritate &c. Quod idem sepius repetit , ut pene Lectorem fatiget : ex quo demum inferit , quod totâ disputatione urget , Thomistas non diffire à Calvinis , nisi verbo tenuis , & in usu vocum , qui Calvinus itriumque admisit , & ex hac libertatis tabella , nihil prorsus delevit.

Verum diligentius postea libertatem Thomisticam excusit , & in responsione ad 17. Montalij , quam suprà cum laude retulimus , contedit tertium aliquid reperiiri , quod ad libertatem humanorum actuum , præter indifferentiam judicij , & immunitatem à coactione , Thomista requirunt , scilicet indifferentiam actuum , seu dissidenti potientiam ; ex quo suprà intulit , nihil esse Thomistis cum Calvino commercij. Sic igitur habet : *Calvinus ita gratiam efficacem defensit* , ut ab illa nullam aliam nobis relinguat libertatem pateret , nisi eam quæ dicitur à coactione ; *Catatum ab ista gratia necessitatem imponi* , quæ potestem auferat resistendi , quandiu gratia perseverat. Catholici Doctores , Thomista , Scoriste , Sorbonista , Iesuite , inter se consentiunt , gratiam per se efficacem ita regere voluntatem , ut vim & potestatem resistendi ei non adimat.

Tertium item illud quod ad libertatis naturam pertinet , & Thomista exigunt , quod forsitan dum eorum sententiam in libro de scientia media excuteret , properanter latuerat , reperit in libro cui titulus , *Augustinus à Baiani vindicatus* , lib. 7. in præfatione : *Ad eorum* (inquit) *impudentem Baiani olim damnatum in Massiliensibus* , *quod non admittatur auxilium gratiae ita efficax* , *ut indifferentiam libertatis abforbeat* , *impositaque consentiendi necessitate* , *proximam dissidentiadi potentiam consumat* ; *eoque sensu gratiam indiferentem negant* : *quasi Massiliensem inter & Calvini sententiam* , *nullum esset medium in quo Catholicis dissentire licet*. Nam quid diversa sit hoc sententia à doctrina Thomistarum , ex copiat , quia Thomista gratiam , quantumvis prædeterminantem , cum indifferentia voluntatis , & dissidenti potientia componunt. Et libro de libertate incoacta , loco iam semel relato : *Quem Iansenianii invenient inter Thomistas* , qui dixerit voluntatem divinæ gratiæ prædeterminatam , carere proximâ ad dissentiendum potentiam ? Item libro cui titulum præfixi , *informatio de quinque propositionibus* , Parisiis edito anno 1653. dum explicat tertiam propositionem ab Innocentio X. damnatum , Alvarem , & Gonzalem , aliosque Thomistas , in testes vocat , ut probet ab universa D. Thomæ Schola , libertati asseri proximam & expeditam potentiam ad operandum vel non operandum , quæ ad naturam libertatis pertinet , & quæ ejus definitio constet. Quæ ergo fide & sinceritate dixerat in libro de scientia media , Thomistas duo tantum ad libertatem requirent , nimurum in intellectu indifferentiam judicij , & immunitatem à coactione in voluntate ?

Præter ea quæ haec tenus , impugnatore P. An-

7.

8.

pa.640

9.

SEV CALVINISMI ET IANSENISMI DEPVLSIO. 335

- nato, argumenta objecta sunt, eoque defensore soluta, & quæ inter argumenta à priori, qualia Adversariis suppetunt, reponere licet; urget etiam Canonem Concilij Tridentini, & contendit Thomistis, non solum cum Evangelicis, quo nomine Calvinistas designat, communem esse sententiam, sed utroque etiam habere in definitionibus Tridentini quod deleri cupiant. Cujus rei judicem facit Theophilum Brachetum, vulgo Milleterium. Sed eam accusationem idem Author depellit, eadem responsione ad Epist. 17. Montaltij, quæ Thomistis nihil timendum afferit à fulminibus & anathematismis Tridentini; cùm modis defendendi gratiam per se efficacem, quem docent, orthodoxus sit, & sanctis autoritate Conciliorum principis suffultus.
11. Ultimum à signo & à posteriori argumentum, quod disputatione sibi citata libri pro defensione scientiae urgat, iudicio Amesij rigidoris Calvinista nititur; quem inter & Alvarez ita convenire putat, ut in hujus Theologi schola hæreticus audivisse videatur. Ex quo infert modum quem habet Alvarez explicandi libertatem (quod scilicet liberum arbitrium ita moveri dicitur, ut Deo moventi dissentire possit) cùm Amesio inter Calvinistas rigidiori communis sit, pertinere ad Calvinismum, & subinde Canoni Concilij Tridentini repugnare, quod nulli unquam Catholicorum dubium fuit hæreticos peti, cùm eo fulmine se feriri ipsi hæretici scrifint.
12. Hoc argumentum abunde satis intrâ diluam, sed hoc in antecessum repono, etiam sua Authori debilitissimum visum fratre, & libro 4. contra Bajanos cap. 8. §. 7. num. 4. quod in libro de scientia media scriperat, retractasse: *Lutherus* (inquit) & *Calvinus*, & eorum sequaces, id est sunt hæretici, quia non admittunt liberum arbitrium, quale postulat Tridentinum, nempe quod excitatum à Deo per gratiam efficacem, posse nihilominus dissentire. Et intrâ. Consequens ergo est, ut dicamus, proximam dissentendi potentiam, & à Tridentino sancti, & ab Hereticis hæreticè negaram. Ergo consequens etiam est, modum explicandi libertatem, & gratiam per se efficacem Alvaris, minimè ad Calvinismum pertinere, quem si Amesius fecutus est, optandum foret perinde cetera à virtute Catholicis accepisse, quorum ducta ad Ecclesiæ sinum revocatus fuisset. Imo hac una dissentendi potentia, quam voluntas sub motione gratia quilibet efficacis servat, Catholici à Calvinistis secesserunt, quantum ab errore veritas distat: quod citatus Author observat, tum locis quæ supra retulimus, tum in exercitatione Theologica in Ilbrum de libertate Dei & creaturar, quam Cadurci editum anno 1632. sub nomine Eugenij Philadelphi nomine, pagina 654. editionis Parisiensis, ubi sic ait: *Cum Thomista haec una linea* (quod scilicet prædeterminationis physica non auferat potentiam dissentendi) *haec linea sua doctrina simul & Calviniana confinia inconfusa servaverint*, credibile admodum est, hunc Authorum (scilicet Guillelmum Gibiifum, in quem toto hoc opusculo invehitur) ejusmodi lineam prætergressum, in alieno à Catholicis fundo laborare.
13. Sancit qua ultimo loco retulimus, ejusmodi sunt, ut ægrè possint cum superioribus conciliari. Qui enim fieri potest Thomista, haec una linea (potentia scilicet dissentendi) sua cum hæreticis confinia inconfusa servasse; & tamen modum explicandi libertatem ab Alvarez traditum (quo ni-
- A mirum liberum arbitrium ita móvi dicitur, ut Deo móventi dissentire possit) ad Calvinismum pertinere, & inter Thomistas & Calvinum, in ea præcise quæstione, quæ petitur, sitne aliquis liberum arbitrij usus, nullum repertum esse discrimen, nisi verbo tenus, *cadem amborum existente sententiâ?* Hoc saltē Adversarij ex frequentibus cum Jansenianis concertationibus commodum reportarunt, ut tandem Thomistarum sententiam minimè libertatem lădere probè intellexerint, ut Dionysius Raymundus i. p. cap. 4. art. pag. 17.
9. egregiè annotavit, his verbis: *Il faut que le Livre de l'Anse[n]isme ait bien ouvert les yeux aux Jésuites puisque depuis qu'il a paru, ils ont bien compris comment la Doctrine des Thomistes, touchant la prædetermination physique, ne ruine pas la liberté, & estoit différente de celle de Calvin.* Necesse est frequentem libri Jansenij lectionem Jesuitis oculis aperuisse, cùm ex eo tempore quod prodidit, rectè percepint, quantum Thomistarum doctrina ab errore Calvini differret, eâ parte, quæ ad prædeterminationem physicam spectat, nec destrueret libertatem.
- B Omitto plura ejusmodi quæ pro eodem arguimento promptum esset congerere: ex his enim quæ haec tenus expendimus, sat Lector intelliget quod mihi probandum assumperam, Thomistas ab Adversariis defenso, & ab omni hæresi & erroris, nedum labe, sed & suspicione fœderis & confessionis cum Calvino, fuisse purgatos. Sed ne causam prodam quam defendendam suscepit, intra inculpata tutela metas, eaque modestia & moderatione animi, quæ inter se Theologos disputare convenit, & eâ lege natura insita, quæ utrique parti in bello, a quo jure vivendum jubet, & ne alteri neget quod sibi quisque permittit: non dissimulabo, & facilè Lector ipse consentiet, gravissimam suppetere Thomistis expostulandi causam, quod toties contra propriam mentem, dicta, scriptaque, ab Adversariis Calvinismus improbatur, a quo remotissimos esse millies scripserint. Et erit sanè major, si ordinem quod hæc omnia à R. P. Annato scripta, retractata, iterumque confirmata sunt, observemus.
- C Cadurci scriptum anno 1632. sub nomine Eugenij Philadelphi, contra Guillelmum Gibiifum, Congregationis Oratorij Presbyterum, eoque libro Thomistis inquit haec constituta linea potentia dissentendi gratia efficaci, *sua doctrina & Calviniana confinia inconfusa servasse*. Post Tolosam penit, & libro edito anno 1645. nihil ea moratus quæ Cadurci scripserat, contendit Thomista inter & Calvinum, nullum adhuc discrimen perceptum, nec sibi ab extraneis, nec ab ipsis Thomistis oblatum, licet repetitis interpellationibus, opportunâ & importuna voce expostularit.
- D Verum quod tantâ asseveratione scripserat, cùm aliud ratio temporis, & causa privata postularet, visus est sibi retractasse, tum Romæ, tum Parisii, pluribus libris editis contra Jansenianos, ut nihil ultra nobis optandum esset, post publicam & iteratam, in dupli orbis theatro retractionem, præter dictorum constantiam. Sed iterum Parisiis anno 1662. alteram libri Tolosæ editi editionem adornavit, & ne quidem expun-
E ãtæ linea, aut immutata syllabâ, iterum exclamat: *Nonne justa est defensorum scientie media peccatio, qui post tam longam etiam annorum altercationem, adhuc querunt, quæ sit re ipsa differentia inter Adversariorum & Calvini doctrinam, in ea præcise dubitatione quæ petitur, sitne aut non sit in*

hominem liberi arbitrij usus aliquis? Et tamen nuper libro contra Jansenianos Gallico idiomate scripto, cui titulus, *la conduite de l'Eglise*, inter Thomistas, & Calvinistas, quibus tota tertia parte Jansenium adjungit, decem & octo disserimus obseruat, & diligenter probat.

16. Relinquo ceteris ut de hac scribendi ratione, quam pene in re litteraria & Theologica, id est gravissima, ludum dixeris, quid liber, aut quod res ipsa postulaverit, statuant; neminem sane existimo, quamlibet suis partibus addicatum, qui fabulator, gravissimam esse expostulandi causam, si qua unquam contigit, tandem Theologorum vulnus, in re tanti momenti illudi: nam eruditorum hominum, qui res suis momentis metuntur, & a qua lance librant, neminem arbitror, qui non tregre ferat, Thomistis inuri Calvinismi notam, ab his à quibus se prius purgati & vindicati sunt.

Dixerat quidam è nostris acuti & festivi ingenij, *esse quod Adversarij fortuna gratilemur, cum nostra nedum sorris, sed & fidei arbitra fuerit.* Dum Tolosa privatus in nos acueret sylum, eo judge, eramus filii tenebrarum, heretici, Calvinistæ. Cum vero Regiam urbem & aulam attigit, ejus fortunam secuta est fides nostra; nec minimum mutantur sententia, effecti sumus ex hereticis, & filiis tenebrarum, filii lucis, Catholici, Orthodoxi; non merito aut mutatione nostra, quia nulla fuit; immo nec gratia Christi, sed Annati. Etenim gratia Christi fidem non largitur, nisi cogitantibus, & voluntibus hujus vero, nos Fideles ex Novatoribus, non voluntates, immo nec cogitantes, effecit.

17. Ego sane ejusmodi salibus, qui de viro erudito & Religioso, non nihil forte convitij & injuria resiperent, non mihi uti permitto. Sed ut veris agam, diffimulare non possum, quin id mihi semper gravissimum fuerit, eam scholam haeresis accusari ab his qui probe sciant, & quod infra demonstrabo, nullam esse in orbe, ab erroribus Calvini & Pelagi remotiorem. Belli ut video leges servantur in hoc litterario certamine, cum omni armorum genere, nec sola argumentorum via, sed & qualibet arte pugnetur; quamvis non dubitem, alias postulari leges hoc belli genus, quod sola veritas queritur.

ARTICVLVS II.

Palsanti Adversario aperiant Thomistæ, & assignant petita discrimina.

18. Vtherus & Calvinus duo præcipua antiqua draconis capita, inter varias quibus religionem omnem & fidem evertere conati sunt controversias, hanc etiam quæ liberum hominis arbitrium extinguenter, procellam extirparunt; & ulti D. Augustini temporibus, Adriutinii Monachi, quos variis à se libris editis, gratia necessitatem, & efficacissimas ejus vires, ut admittent, Augustinus coegerat; in hoc demum extremum declinarunt; ut negarent liberum hominis arbitrium posse cum efficaci gratia consistere, quos Augustinus præclarissimo illo libro de gratia & libero arbitrio convicti, & ad fidem, à qua errore, non animo, deflexerant, revocavit. Ita Novatores, quos aut infidicia, aut malitia, & rerum novandarum cupido, adeo transversos egit, ut invictam gratia necessitatem, cum flexibili voluntatis libertate cōponere, aut non valeret, aut non vellent; in idē extremum præcipites acti sunt, ut

A dixerint efficaciam gratiae esse libertatis excidium. Pronuntiat Christus (inquit Calvinus) efficacem esse Spiritus sancti gratiam, quæ trahuntur usque necessario credant. His pro�is everuntur tota liberi arbitrij portas, quam sibi somniant Papisti. Et in libro contra Pighium: *Ita efficaciter formari voluntatem nostram constituo, ut Spiritus Sancti dum sequatur necessario.*

B Verum non omnem voluntatis libertatem Calvinus sustulit, aliquam etiam libens admissit, & ad suæ religionis fidem necessariam exsuffit. Sustulit eam quam vocant indifferentiam libertatem, & quæ determinationem ad unum per modum naturæ excludit; eam vero libertatem quæ voluntas sponte agit suā, sive sponte-
nitatem, qua solam immunitatem à violentia & coactione importat; eam, inquam, in voluntate mota & excitata per gratiam efficacem, & admissit, & postulavit. Nam in Antidoto ad cano-
num 5. sectionis 6. haec scribit: *Quid ergo sibi vult Augustinus, cum de libertate voluntatis loquitur? nempe quod toties repetit, non cogi homines invida Dei gratia, sed voluntarios regi, ut sponte pareant aequanitatem.* Et libro 2. in Pighium, editionis tertia Genevensis. *Si coactioni (inquit) op-
ponitur libertas, liberum esse arbitrium, & fateor,
& constanter assevero, ac pro Haeretico habeo, si
quis fecit sentiat: si hoc inquam sensu liberum
voceor, quod non cogatur, aut violenter trahatur,
sed sponte trahatur suā, nihil moror.* Non negat ergo Calvinus in nobis rationem voluntati, seu spontanei, sub tractu & motione efficaci

19.
Pag. 13;

C divinitatē gratia, sed tantum indifferentiam actualē, seu absolutam dissentendi ac resistendi potentiam. Hanc enim non solum rejecere, sed detestari etiam se dicit in responsione ad primum articulum de occulta Dei providentia, ubi haec scribit: *Quod de absoluta potestate nugantur Scholastici, non solum repudio, sed etiam detestor.* Unde Joannes Scarphius, famosus Calvinista, hanc esse totius Calvinisticæ sectæ opinionem, ac præcipuum controversiarum punctum, quod in materia de gratia & libero arbitrio Calvinistæ differunt à Pontificis, contendit in libello cuius titulus est, *Tractatus de misero hominis statu sub peccato.* Nam lib. 2. de libero arbitrio cap. 1. sic ait: *Differimus à Pontificis. Illi ad liberum arbitrium constituendum ait, requiri non tantum libertatem à coactione, sed etiam à necessitate. Nos vero dicimus, necessitatem in agendo, liberum arbitrium non tollere.* Et cap. 3. *Status controversia inter nos & Pontificios est, sine homo post lapsum veri liberi arbitrij in iis rebus que pertinent ad salutem; & quamvis nihil possit sine auxilio gratiae, tamen per gratiam prævenientem exigitur, & à Deo adjutus, ita valeat operari, ut possit non operari?* Affirmativam partem tenuerunt Bellarminus & Concilium Tridentinum sess. 6. can. 4. &c. *Nos vero dicimus in homine post lapsum, Deum ita efficaciter agere, & voluntatem stellere, ut hominis voluntas. Deum conversionem hominis volentem & operantem non sequi non possit, licet non coacte, sed sponte sequatur.*

E Idem videtur est apud Molineum in anatomie Arminianismi, ubi indifferentia libera voluntatis agnoscit in actionibus civilibus, item in honestis honestate civili, atque etiam in observatione Ecclesiastica disciplina: in actionibus vero malis, & in his bonis quae ad vitam pertinent aeternam, libertatem arbitrij catenus salvat, quod homines, esto necessariò agant, agunt tamen cum ratione & judicio